Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.
Zespół (fond) 141.

ZBIÓR ALEKSANDRA CZOŁOWSKIEGO

Dział (opis) I

1784. Akta kościoła w Polanie. XIX w.

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

FÜNFZEHN KREUTZER

III 1784

V. Extra„ctus.

Venceslaus „ Hieronymus

De Boguslawice

Sierakowski

Dei et Apostolicæ Sedis Gratia Episcopus Premisliensis

Ad perpetuam rei memoriam.

Universis et Singulis quorum interest, interit, aut interesse quo modolibet poterit, Salutem in Domino, Cælestis Pater Familias JESUS Christus Dominus Noster a Patre suo æterno et Cælis in mundum, tam ad excolendam vineam quam ipse in Universa terra plantavit et torcular posuit in ea illudq passione sua calcavit solus Originalis Aetæ precati Carduis Spinis et tribulis oppressam quam ad Congregandas et salvandas Oves Domus Israel, quæ labis hujus terrore perculsæ et pestifera labe infectæ dispersæ fuerant, ab erraverant et jam perierant missus, postquam Universale Ovile Ecclesiam Scilicet, fundasset et erexisset, Completo hoc opere, sic dispersas Oves quærens et inveniens sustulit in humeros suos /: tunc quando Crucem portavit et mortem mea Subiit :/ ad idemq Ovile reportavit reversurus tandem unde venerat ne deinceps quaquam ex eis periret; Ovile hocce Ecclesiæ fundamentis, doctrinæ suæ super firmam et Solidam petram Petri stabilivit, vectibus Sanctorum Sacramentorum Obfirmavit ipsisq Ovibus Spiritualia pabula ad vitam æternam nutrientia abunde providit, Curam autem et pastoram illarum primo Pastori eidem Petro ad eximium Sui amorem obstricto Commisit, et Commendavit: Petre si diligis me plus his pasce Oves meas. Et cura hæc Dominici Ovilis in Successores Petri Christiq vicarios derivavit, ab his vero in Plurimos per universum Orbem Sub alternos Pastores, et Operarios divisa dispartitaq est quilicet diligenter invigilarent et invigilent ne Oves per offusas noctium tenebras aliquos Spiritualium bestiarum paterentur incursus. Acciderat tamen, et accidit ut veniens lupus rapax Zabalo infernalis, cum portæ inferni ejus Contra Ovile Ecclesiæ prevaleri non posserit invocet quasi agmen ferarumq pessimarum de Sylva hostilix incursiones eundo excitet, bella parq perculsis aut pulsis pastoribus gregis dispergi, illisq destituta errare et in prædam immanis istius bestiæ dare, miserabiliter contingat. Non permittit tamen Obtimus hic Pastor alias ut multa Damna Ovile Suum Ovesq defectum patiantur Sanctissima dispositione et Largissima providentia dat illis escam tempore oportuno. Hinc est, quod cum

Mystûs

Magnificus Olim Franciscus Urbanski venator palatinatus Podolie Ville Polana Hæres Populum horum Bonor et aliorum convenientium velut Oves in deserto errantes, et pascua Spiritualia dificile invenientes videret, et consideraret nimirum quod populus iste propriam et proximiorem Ecclesiam non habens, Parochialem in Hoczew pro Administratione Sacramentorum, et audiendis Divinis agri quidem et raro propter magnam distantiam, adire Solitus esset et deberet, misertus super ... Divinis hanc Turbam in predictis Bonis suis Ville Polana ædificavit Domum DEI Ecclesiam ligneam constitui curavit volensq mea ponere mensam ut ad illam esuriens et sitiens hicce populus dulces Spirituales caperet cibos ab ubertate Domus istius praeclarissimo calice ss. Sacramentor. in ebriaretur. Scilicet Ecclesiam a se constructam in Parochialem erigere, ad cum effectum possit, qui hicce Mense ministraret et Colestem panem porrigeret, a hosq cibos Spirituales praeberet, pro Parocho et Rectore ejusdem Ecclesie erigenda alias pro dote Ecclesie duos medios Agros Sobidimszczyzna dictos, eos videlicet, in quibus Olim Generosus Sobidinski Predium inter Agros Bogaczowska et Vaidowska sive Waydakowka ad presens Hasulakowa, vocatos extruxerat, in extrema partem Ville Polana, et fluvij ibidem decurrentis sitos et sese extendentes, tam et Agrum Lazy ad eosdem duos medios agros pertinentem, necnon liberam incisionem lignorum in Sylvis ad predicta Bona Ville Polana spectantibus pro reparatione Ecclesie, et pro foco Parochi; praeterea Summam Ducentorum Florenorum Polonicalium, ex Proventu Brasatorij in iisdem Bonis Ville Polana annuatim in Singulis Anni quartualibus per quinquaginta florenos Solvendam cum conditione et Obligatione, ut, quod si etiam quantum Proventus Brasatorij minuaretur, aut etiam Successu temporis casu aliquo deperierit, hoc, et ulla temporum et Bonorum calamitate non Obstantibus; pensio haec ducentorum flor. Solvi semper debeat, coram Officio et Actis Castrensibus Sanocensibus, Sabathô post Dominicam Palmarum Anno 1712mo distinctis Inscriptionibus assignavit et assecuravit, eandemq ipsam dotis Assignationem, et Officiosam Inscriptionem ultima voluntatis sue Testamento eodem Anno 1712mo die 22 mensis Augusti condito et confecto confirmavit, atq Magnificum Joannem Urbanski Filium suum natu majorem et in Bona praefata Polana eodem Testamento per Divisionem inter alios Fratres Assignatum, et destinatum Successorem et Hæredem ad Satisfaciendum hujus modi Inscriptionibus, et ultime voluntatis sue obligavit. Cum autem et Suprascriptus Mgficus Franciscus Urbanski Venator Podolie Ecclesie in Polana Dotator, ac Fundator et idem Filius Joannes non deducta, ad suum effectum, praemissa Fundatione diem clauserint extremum, magnificus quoque Franciscus Urbanski Pincerna Mielnicensis Bonorum Polana post fata memorati Mfci Joannis Urbanski Patris sui Successor et Hæres dispositionem Mgfici Francisci Urbanski, Venatoris Podolie exequi non curaverit et intermiserit, sive distulerit, interaque Cura animarum Populi illorum Bonorum in hacce Ecclesia Polanensi, que hactenus pro Filia Parochialis Ecclesie in Hoczew habebatur

et reputabatur

FUNFZEHN KREUTZER

et repetabatur per Sacerdotem ab Officio Episcopali aut Consistoriali Premisliensi applicatam exerceri solita fuerit. Nos de prædicta Mfci olim Francisci Urbański Venatoris Podoliæ Ecclesiæ in Polana Fundatione plenè informati Visitationem Generalem Ecclesiarum Diœcesis Nostræ, et istius Polanensis in Persona Nostra in Anno 1745to peragentes Suprascriptum Mfcum Franciscum Urbański Pincernam Mielnicensem pro facienda Executione Fundationis Avi sui requisivimus illamq urgimus. Qui quidem Mfcus Pincerna, omnem facilitatem, alacritatem, et promptitudinem desuper exhibens pro majori certitudine Submissionem super Satisfaciendo, in omnibus intentioni, et dispositioni et Fundationi memorati olim Avi sui intra decursum Anni unius inscripto in manus nostras dedit, de data in Polana die 30 Mensis July Anno eodem 1745to Dumq Idem Mfcus Urbański Pincerna Mielnicensis labentibus jam proxime duobus à data ejusmodi Submissione Annis de Satisfactione. Nos Judiciumq Nostrum non docuisset, nec Erectionem præfatæ Ecclesiæ in Polana in Parochialem curasset, promovisset, pro illaq institisset, ad id pro Obligatione, et Solicitudine Nostra circa Oves Diœcesis Nobis Dispositione Divina Commissas adducti fuimus, ut sæpedictum Mfcum Urbański Jure per extraditam Citationem convenire debuerimus. In cujus citationis Termino Die Veneris nona mensis præteriti Juny Anno currenti coram Nobis Judicioq Nostro Episcopali per suum procuratorem comparens Satisfaciendo Submissioni suæ, cum Residentiam pro futuro erigendo Parocho, et alia ædificia Plebanalia Construi fecisse, frumenta in agris per avum suum Mfcum Urbański Venatorem Podoliæ Officiose, ut supra expressum est inscriptis conseminata Rndo Sebastiano Zajączkowski pro tunc ad præfatam Ecclesiam existenti ad colligendum dimisisse, Pensionemq annuam ducentorum Flor: eidem persolvere Solitam fuisse, ex persolvisse sese justificaverit. Nos praxim et præscriptum Juris secuti, observareq volentes, Literas Cridæ seu edicti publici contra quosvis Interessatos, aut interesse aliquod habere se prætendentes ad effectum Erectionis prædictæ Ecclesiæ Polanensis in Parochialem faciendæ præmittendas esse censuimus, decrevimus, et è Cancellaria Nostra extradi mandavimus, prout et extraditæ fuerunt, ac sunt: pro meliori verò et Sufficientiori Certitudine, ac informatione nostra, tum pro firmiori ipsius Ecclesiæ Parochiæ illius Jure et Possessione Commissionem ad revidendum verificandum, distimitandum, determinandum, et describendum agros Inscriptione prælacta assignatos et Specificatos necessariam esse judicavimus, ad cumq effectum Commissarios deputavimus, et Assignavimus, quam revisionem, verificationem, et distimitationem ad Scripturam redactam ijdem deputati Commissarij ad Nos Judiciumq nostrum in accluso Rotulo cum præfixione termini pro die Lunæ Tertia mensis July Anno currentis remiserunt. Quia vero diem hanc Juridicam Festum Palatij impedivit, itaq in termino hodierno imediate sequente, et legitime proveniente ac incidente, Comparens personaliter, Coram Nobis et Judicio Curiæ nostræ, in Publica causarum audientia Nobilis Casimirus Cubier Suprascripti Mfci Francisci Urbański Pincernæ Mielnicensis Bonorum Polanæ Hæredis &c. Possessoris, Principalis Actoris Plenipotens et Mandatarius productis Literis Cridæ debiti per publicationem illarum ex Ambona

Ecclesiæ

Ecclesiae Parochialis in Horzew Dominicâ 4ta post Pentecosten, Die videlicet Octava praeteriti Mensis Juny executis, Contumatiam Omnium, et Singulorum, sua ex adversa jus, et interesse aliquod ad infrascripta habentium, aut habere sepulûlium, sive praetendentium, inquantum non Comparentium accusavit; et in eorum contumatiam productis itidem Inscriptionibus binis, Unâ duorum Agrorum mediorum Pobidzińszczyzna dictorum, in Villa Polana sitorum, et agri Łazy ad eosdem Agros pertinentis de sua positione in Inscriptione ipsa circumscriptorum, ac liberae Incisionis in Sylvis ad eandem Villam Polana spectantibus, altera Ducentorum Flor. Pol. ex Arenda seu Proventu Braxatorij, in Praedicta Villa Polana annuatim solvenda, pro Dote Ecclesiae ibidem in Polana, ex Rectoris ejus Sustentatione datorum et Assignatorum, Coram Actis Castrensibus Capitanealibus Sanocens: de die et Anno ut supra, per Mgfum Olim Franciscum Urbański, Venatorem Podoliae sui Principalis avum distinctim factis, et recognitis, producto quoq Rotulo Commissionis per Commissarios à Nobis depûtatos expedito, clauso, et Sigillato, eundem aperiri, contentaq in illo Publicari, et legi mandari, ac post lecturam inhaerendam revisioni verificationi per Testes juratos, et distimitationi eorundem Agrorum, in Acta ejusdem Commissionis factae Inscriptiones suprascriptas approbari, confirmari, ratificari super hujus modi Dote, et Proventu Ecclesiam in praedictâ Villâ Polanâ hactenus, et huiusq pro Filiali Ecclesiae Parochialis in Horzew reputatam, et habitam: non autem Authoritate Ordinaria illi unitam incorporatam, in Parochialem erigi, fundari, dotari, Villas pro cura animarum, et Administrationem Sacramentorum Populo, in illis existenti hicce proximiores et ad adeundem faciliores, ab aliis autem Ecclesijs remotiores adscribi, et applicari, Jus Patronatus et praesentandi Parochos suo Principali Mgfo Francisco Urbański, Pincernae Mielnicensi, Bonorum Polana Haeredibus Haeredi Successoribusq ejus eorundem Bonorum attribui, et reservari, et ijsdem Parochis pro tempore existentibus, respectu Summae Ducentor. Flor. ex Proventu Braxatorij Polanensis, ipsis solvendae Obligationem, praeter solita, et debita Parochialia Officia; duo Sacrificia Missae quâlibet Hebdomadâ; Unum scilicet Feria Quarta pro Animabus Joannis et Christinae, Fundatoris sui Principalis Avi Parentum, alterum die Sabathi pro Animabus ejusdem Fundatoris Francisci et Constantiae Consortis suae juxta illius intentionem, et dispositionem Sepedicti Fundatoris in Inscriptione expressam lecta Celebrandi, imponi, ac alia circa eandem Ecclesiam statui, disponi, et Ordinari, roburq Authoritatis Ordinariae et perpetuae firmitatis, ac Decretum desuper apponi petijt. Nos itaq Episcopus supra nominatus attento termino tam ex Literis Cridae, debiteq publicationem illarum ex Ambona Ecclesiae Parochialis in Horzew Dominica Quarta post Pentecostem die scilicet 18va Mensis praeteriti July factam executis, quam ex ejus per Commissarios in Rotulo prefixione in diem hodiernam legitime incidente, et proveniente, Ante omnia citatos quosvis sua quomodolibet interesse habentes; aut habere praetendentes dictis Cridae Literis Citatos et non comparentes Contumaces reputavimus et in eorum Contumatiam visis et lectis Inscriptionibus duorum mediorum laneorum Agri Pobidzińszczyzna dictorum, in Bonis Polana sitorum, atq Agri Łazy, liberae Incisionis in Sylvis eorundem Bonorum, et Florenorum Ducentorum ex Proventu Braxatorij in ibidem Annuatim Parocho solvendorum, de actu et data supra descriptis, tum praemissorum Agrorum, ad hibitis Testibus Annosis fide dignis

FUNFZEHN KREUTZER

dignis praevio juramento per Comissa[...] nos à Nobis deputatos, examinatis de suo situ, positione, longitudine, latitudine [...] circumferentia, et adjacentia, revisione, verificatione, dimensuratione, et distimitatione peractis, inferius inserendis, easdem Inscriptiones Authoritate nostra Ordinariâ approbandas, Confirmandas, et ratificandas, Saepedictos Agros, ac pensionem Ducentorum Flor. Pol. immunitati Ecclesiasticae ad scribenda super hujusmodi dote praedictis Inscriptionibus assignata Ecclesiam praefatam in Villa Polana in Parochiatem, ita ut nihil amplius, ad Parochiatem in Hoczew pertineat, erigendam, fundandam, et Constituendam, esse censuimus, eidemq Ecclesiae Parochiali in Polana Incolas Villarum, Polana, Sibochów, Chrewt cum Olchowce, Wydrne, Paniszczów, Sokole

N° 1°

Wola, Czarna, Biesiadowa, Załobek, Rossochate, Jesiolin, Żurawska, Lipie, Mszaniec, Serdnie, Ustrzie, Tworylne, Zatwarnica, Dwernik, Smolnik, Nasiczne, Cyniszlie, Chmiel, Sokice, Huposiany, Skorodne, Lutowiska, seu Urbanowice, Krywka pro cura Animarum, et Administratione Sacramentorum, salva nihilominus Sufficienciori praedictarum Villarum ad alias Ecclesias Parochiales propinquitatis investigatione, et informatione Successivè per Nos habenda, aut si Domino volente aliae etiam Parochiales Ecclesiae in hoc territorio erectae fundataeq in futurum fuerint, earundem Villarum quo ad Parochialitatem dispositione, adscripsimus et applicavimus. Parochos Polanenses hujus Ecclesiae, ad duo inqualibet Septimana B. Missa Sacrificia, juxta mentem, intentionem, dispositionem, Fundatoris et nexum, ac contextum Inscriptionis praefatis diebus, ut supra expressum est, sive de Requiem, sive de illa duplici Festo impedita, per applicationem Absolvendo sub onere Conscientiae Obligavimus, et Obstrinximus. Jus Patronatus et praesentandi, Bonorum Polana moderno Haeredi, et Successoribus Ejus eorundem Bonorum Haeredibus, pro tempore existentibus attribuimus, et ad scripsimus. Porro

N° 2°

Decimas Manipulares ex Agris Praedialibus praedictarum Villarum ad praesens, et hactenus eidem Ecclesiae Parochiali in Polany applicatis ulteriori itidem dispositioni Nostrae reservavimus, prout approbamus, Confirmamus, ratificamus, erigimus, fundamus, Constituimus adscribimus, applicamus, Obligamus, Obstringimus, attribuimus, et reservamus, praemissisq omnibus robur Authoritatis nostrae Ordinariae, et perpetuae firmitatis apponimus praesenti Decreto ad praemissa mediante; Acta sunt haec Premisliae in Palatio nostro Episcopali Annô à Nativitate Domini Nostri JESU Christi, Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Septimo. Indictione Romana X. Pontificatus SSmi Dni nostri Benedicti XIV feliciter moderni Anno 8vo die Mercurij 5ta Mensis Julij; Praesentibus RR.dmo ac Perillustri Adm. RR. Andrea Pruski Episcopo Jathensi, Suffraganeo Praeposito Vicario in Spiritualibus et officiali; Ignatio Sendzimir, Decanô, Sandomiriensi Scholastico, Valentino Wichrowski S. Th. Doctore, Canonico Premisliensibus, et me Casimiro Chochmanski, Cathedralis Camenecensis Supranumerario, et Collegiatae Brzozowiensis Ecclesiarum Canonico Aplico, et Actorum Curiae praelibati Celsissimi, Illmi ac Rdmi Domini Episcopi, Consistorijq Premisliensis Notario. = Literarum Citidae tenor est talis Venceslaus Hieronymus Episcopus Premisliensis = Honorandis Viris vicarijs Ecclesiarum quarumvis, caeterisq Presbyteris, quibus vis Clerias, Scholiregis alijsq Legitimis Executoribus tenore praesentium requirendis Salutem in Dnô. Mandamus vobis in Virtute Sa

Obedientiae

Obedientia, et sub Excommunicationis pœna, quatenus ad instantiam Gnsi Francisci Urbanski, Incernæ Mielnicensis, Bonorum Villæ Polana Hæredis, et Possessori personaliter accedentes, si Comode poteritis, alias per Edictum Publicum, seu per Publicationem præsentium ex Ambona Ecclesiæ Pchlis in Hoczew, et ibidem in Polana, et affixionem valvis eorundem Ecclesiarum omnes, et singulos sua exadversa Jus, et interesse aliquod ad infrascripta communiter, aut divisim habentes seu alias quomodolibet habere se putantes, et prætendentes ipsos uno Edicto pro tribus ac peremptorie citetis; quos etiam Nos præsentibus citamus ut Coram Nobis Judicioq Nostro Episcopali Premisliæ Quintodecima die ab executione præsentium computando, ipsa tunc juridica existente, alias ex tunc proxime, et immediate sequente exclusa et non computata Vestræ Executionis die hora, et loco audiendarum Causarum fieri solitis, personaliter, legitime, ac peremptorie compareant. Ad videndum et audiendum Inscriptiones binas primam quidem duorum mediorum Agrorum Pobidzinskyzna dictorum, eorum videlicet inquibus olim Gnsus Pobidzinski Prædium, inter Agros Bogaczowska, et Uajdowska vocatos extruxerat, cum Curia ibidem sitam in utramq partem Villæ, et Fluvij ibidem etiam decurrentis sese extendentium, nec non Fundi Lozy ad eidem duos medios Agros pertinentis, tum liberæ incisionis lignorum in Sylvas ad Bona prædicta Villæ Polana spectantibus, alteram pensionis annualis Summæ Ducentorum Flor. Poll: ex Proventu Brasatorij eiusdem Villæ Polana, illiusq Parocho, et Rectori per Mgfcum Franciscum Urbanski Venatorem Palatinatus Podoliæ eorundem Bonorum Hæredem, Coram Officio et Actis Castren: Capitaneal: Sanocen: Sabbatho post Dominicam Palmarum Anno Dni 1712mo, factas et recognitas, in omnibus et singulis illarum punctis clausulis, et conditionibus approbari, confirmari, ratificari, prædictos agros, et pensionem Annuam Libertati, et immunitati Ecclesiasticæ adscribi, applicari, incorporari, inviscerari, super hujusmodi Fundatione, et dote Ecclesiam in Præfatis Bonis Villæ Polana, jam ab antiquo constructam, et ædificatam, quæ hac tenus pro Filiali Parochialis Ecclesiæ in Choczew habebatur, et ab illa Sacramenta Populo ibidem existenti Administrabantur, aliaq divina Officia Parochialia, in ea peragebantur, erigi, fundari, dotari, Jus præsentandi et Patronatus Parochum, dici, et prout de jure, attribui, adscribi, et reservari, ac alia omnia, et singula circa eandem Ecclesiam in Parochialem erigendam, similiter prout de Jure, et juxta exigentiam constitui, Ordinari, decerni, et sententiari, omnibusq, Robur authoritatis nostræ Ordinariæ, perpetuæ firmitatis pariter, et Decretum desuper apponi, Certificantes Ec: inquorum fidem Ec. Datum Premisliæ die Veneris Nona mensis Junij Anno Dni 1747mo Nostro sub Sigillo Casimirus Chochnanski, Canonicus Cameneceni: Aplcus et Actorum Curiæ Episcopalis Premisliensis Notarius mpp Locus + Sigilli = Executio earum sic annotata = Justa sonantiam harum Literarum fida. Ego infrascriptus die Dominico, scilicet 18 Junij Populo ad Divina audienda congregato ex Ambona publicavi easdem. In quorum fidem me subscribo. Valentinus Padomski in Choczew Curatus mpp dixit supra Anno 1747mo —

Inscriptionum Officiosarum Contextus ejusmodi = et quidem 1mo Actum in Castro Sanocensi Sabbatho post Dominicam Ramis Palmarum Quadragesimalem proximo, Anno Domini Millesimo septingentesimo duodecimo — Coram Officio Actisq præsentibus Castrensibus Capitanealibus Sanocen: Comparens personaliter Mgfcus Franciscus de Urbanice Urbanski Venator Palatinatus Podoliæ, olim Gnsi Joannis Urbanski, Filius, ex olim Gnsa Christina Kononacka procreatus Bonorum Villæ Polana et Lubochów in terra præsenti Sanocensi

Consistent.

FÜNFZEHN 15 KREUTZER

Consistens Haeres, Sanus mente et corpore existens a Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusq suis qui[...]bus vis promis et Competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Sanocensi Jurisdictioni, quo ad actum praesentem attinet, totaliter, et plenarie, incorporando, atq Subjiciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse duos medios Agros Lobidrinsz Mytna dictos, eos videlicet in quibus olim Ipsius Lobidrinski Praedium inter Agros Bogaczowska, et Waydakowska nuncupati jacentes exstiterat, cum Area ibidem sita in utramq Partem Villae et Fluvij ibidem sese extendentes, tum Lazy ad eosdem duos medios Agros pertinentes, nec non liberam Incisionem pro Restauratione et Foco pro Comodo in Sylvis ad Bona praedicta Villa Lolana spectantes cum omni praemissorum mediorum Agrorum Jure Dominio, proprietate competentiaq, et praerogativa quavis cumq omnibus, et Singulis praefatorum Agrorum Duorum mediorum Agrorum et Lazy ad praedictos eosdem duos medios Agros pertin: utilitatibus, Fructibus, Proventibus, reditibus, Obventionibus, Commodis, et emolumentis, attinentiisq, et pertinentiis, generaliter universis, Nihil exprae[mi]ssis Juris, Dominij, proprietatis Competentiaeq, et praerogativa cujusvis, pro se recognoscente, Suisq Successoribus, aut alio quopiam reservando seu excipiendo. Verum Ita late, longe circumferentialiterq, prout praefatorum Agrorum Haereditas, se in suis metis et limitibus ab antiquo extendit, protenditer, estq ab alijs Bonis distincta, et distimitata, seq Recognoscentem concernebant, ac spectabant, Sibiq legitime serviebant, Jam ex nunc et de facto Adm Rndo Sacerdoti Parocho Ecclesia in eisdem Bonis ad Majorem Cultum Divinum, et ad propinquius Commodum populi Fidem Orthodoxam Romanam Catholicam observantis, per se Recognoscentem noviter erecta, per eundem Ipsum Recognoscentem praesentando et Illrmum Loci ordinarium instituendo pro tempore existenti, Ipsiusq Succedaneis, dat, donat, et inscribit, et resignat, prout praesentibus dedit, donavit, et Titulo puro, mero, ac irrevocabilis Donationis inscripsit, et resignavit, perpetuo, et in Aevum irrevocabiliterq, inscribendo, et Obligando eundem Adm Rndm Sacerdotem, et Parochum nunc, et pro tempore existentem, Ipsiusq Succedaneos, ad Curam Animarum Populi in ijsdem Bonis Lolana, et Lubochow tantum, nec non ad Celebrationem Sacrificij Missae diebus Dominicis, et diebus Festivis, cum Comemoratione Fundatoris, inque quidem Bona, seu Agros praefatos modo praemisso per se recognoscentem donata, et resignata Juraq supra scripta omnia abscessa idem Recognoscens eidem Adm. Rndo Parocho Donatario, et Cessionario suo, ejusq Succedaneis, dat et admittit, praesentibus Realem Intromissionem, et Actualem Pacificamq Possessionem cum Praesentaneo usufructu, Eorundem Bonorum, per Ministerialem quemvis Regni Gnlem et Nobiles duos Ipsi nunc ab Officio praesenti ad hoc idem negotium additos, et deputatos die quacunq voluerit Officiose capiendam et assumendam. Per ipsum Adm. Rndm. Donatarium, et Cessionarium suum, ejusq Succedaneos Bona praefata, seu agros, praesentibus donata, et resignata, juraq omnia praesentibus abscessa cum omnibus attinentiis, et pertinentiis tenendi, habendi, possidendi, illis quiete et pacifice, utifruendi, ac ad usus suos, Suorumq Succedaneorum, quosvis beneplacitos libere, et effectualiter convertendi, Inscriptionis praesentis Donatariae, et Cessionariae Vigore debetq, et tenebitur praenominatus Recognoscens prout se cum Successoribus in et super Bonis suis generaliter omnibus Summisq quibusvis pecuniarijs habitis, et habendis Eidem Adm Rndo Donatario et Cessionario suo Ipsiusq Succedaneis inscribit, et Obligat praesentibus ipsum Adm Rndum Donatarium et Cessionarium Suum, et ejus Succedaneos in Dictis Bonis seu Agris praesentibus per se Recognoscentem donatis,

donatis, et resignatis Juribus abscessis ratione eorundem Bonorum seu Agrorum Juriumq absce„sorum, ab omni, et quavis impetitione Juridica quorumq personarum, cujuscunq Conditionis sta„tus, et sexus cujusvis existentis exorienda per omnes praescriptiones Terrestres, prout ad quam„libet Personam Terrestris spectat de jure pertinet praescriptio in omnis Judicio et Officio Regni, semper toties, quoties opus fuerit, tueri defendere evincere, intercedere, et libe„rare, idemneinq cum Succedaneis reddere, idq sub Damnis Terrestribus Simpliciter absq corporali juramento taxandis, et ediendis per praedictum Recognoscentem, sive ejus Successores, eidem Adm Rndo Curato Donatario, et Cessionario suo, et ipsius Succedaneis in Casu non Completionis praemissorum omnium, et Singulorum, tam in toto quam in quavis ~~minima~~ parte, toties quoties opus fuerit ad luendum Succu[s]endis, et edicen„dis, Pro quibus quidem damnis Terrestribus Simpliciter absq corporali Juramento ta„xandis, et educendis modo praemisso ad luendam Succubitis. Pro quibus quidem Dam„nis Terrestribus Simpliciter absq Corporali Juramento taxandis, et ediendis modo praemisso ad luen„dam succubitis, ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complenda Citatus existens memoratus Recognoscens sive Ejus Successores ad Instantiam praefati Adm Rndi Curati Donatarij, et Cessionarij suj vel ipsius Succedaneorum ad Officium praesens Castrense Capita„neale Sanocense, ex tunc recessu suprascripto, quod respondendum spectat mediante Sem„per in primo Citationis Termino tanquam peremptorio Stare, Juri parere, respondere, Damna Terrestria luere, Inscriptioni huic, Satisfacere, ac omne Judicatum pati debebit, et tenebitur, seq ac suos Successores, ad eadem omnia obligat, eundem terminum primum peremptorium ut et omnes exinde consequentes Causae ejusdem Terminos semper pe„remptorias vera infirmitate, pro Majori minorennitate, Successionum, legatione intra vel extra Regnum Servitio Militari, ad Ciridorem, ad munimenta, vel alijs quibusvis Dila„tionibus vel legalibus impedimentis non differendo ad quietationem, etiam ultra proxi„mos Officij praesentis Castrens. Sanocensis, Terminos Dilationem sibi non recipiendo, nul„lasq Motiones Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo praemissa, omnia fori simplicibus, vel triplicatis, evasionibus, Suspensionibus, fatalis Juris, praescriptione Terrestri, Bello, conventioneqq., tum et alijs Juris remedijs, et defensis non subter„fugiendo, nec alio quovis modo evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitio„ne ad praemissa omnia, et Singula mediente = Lectum per Gorczynski. Alterius. = Actum in Castro Sanocensi Sabbatho post Dominicam Remispalmarum, Quadra„gesimalem proximo Anno Dni Millesimo Septingentesimo Duodecimo. Coram Officio actisq praesentibus Castrens. Capitanealibq Sanocensibus, personaliter Comparens Mgcus Fran„ciscus de Urbanice Urbanski, Venator Palatinatus Podolia olim Gnsi Joannis Urban„ski Filius, cum olim Gnsa Christina Konopacka procreatus Bonorum Villarum Polana et Lubochow in Terra praesenti Sanocens. Consistentium Haeres, Sanus Mente et Corpore existens, a Terris Districtibus Juribus, Districtionibusq, suis quibusvis proprijs et Competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capi„taneali Sanocens. Jurisdictioni secum ~~in~~ Successoribus, ac Bonis suis genera„liter Omnibus, qui ad Actum praesentem Attinet totaliter et plenarie incor„porando, atq Subijciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse Conditionem Suam cunctis cum mortalibus communem esse ~~sciens~~, Sciens, mortemq sibi in Dubitatam evenire sperans, cupiensq suis operibus Misericordiam DEI praevenire Summam Ducentorum Flor. Pol. Census Annui

praedicta
Annui ex Proventu Braxatorij, in Bonis Villae Polana et Lubochow sitae pro singulo Quartali annonam per Quinquaginta Florenos per se Recognoscentem suosq Successores et Earum-dem Bonorum Haeredis aut Possessores pendendi cum ea Conditione, quod si, et in quantum Proventus Annuus Braxatorij Bonorum praefatorum minueratur, Census tamen pendendus minui non debet, et si etiam idem Proventus Braxatorij Successu temporis aliquo Casu priva-retur, non obstante tamen ulla Calamitate temporum, et Bonorum Semper est pendendus in et super Bonis suis propriis, et haereditariis videlicet Villa praedicta Polana, et Lubo-chow, in Terra praesenti Sanocen: Consisten: cum omni praemissorum Jure Domi-nio, et proprietate, Competentiasq et praerogativa quavis, cumq omnibus, et singu-lis Bonorum praefatorum utilitatibus, fructibus, Proventibus redditibus, obventionibus commodis et emolumentis, Agris, pratis, campis, hortis, pomariis, Piscetis, Pascua-riis, Sylvis, Gais, nemoribus, Indaginibus, rubetis, vepretibus, Stagnis, Piscinis, Magnis, et parvis, fluviis, fluminibus rivis rivulis, littoribus, aquarum decursibus, lacubus, Paludi-bus, Taberna, Molendino, Horreis, holodiis, structuris, et aedificiis quibusvis, tum Sub-ditis Cmetoribus, Hortelanis, Inquilinis, eorumq, labribus, Censibus, Dationibus, Vectu-ris, muniis, Vigiliis, officiis, et ab sequijs quibusvis, attinentiisq, et pertinentiis genera-liter universis nihil et praemissis Jure Dominij, proprietatis, ac cujusvis Competentiae, et praerogativa, pro se Recognoscenti, Suisq Successoribus, aut alio quopiam reservan-do seu excipiendo, sed omnibus ingenere et singulis in specie comprehensis generi per speciem, et e contra in nullo derogando, verum ita late longe circumferencialiterq, prout praefatorum Bonorum Haereditas, se in suis metis, et limitibus ab anti-quo extendit, et protenditur, estq ab aliis Bonis distincta, et prout eadem Bona ipse-met, Magnificus Recognoscens tenuit, habuit, et possidebat, seq Recognoscentem con-cernebant: ac spectabant, sibisq legitime serviebant, jam ex nunc et defacto Admodum Rndo Sacerdoti seu Parocho Ecclesiae in Bonis praedictis Villa Polana ad Majorem Divinum cultum, et ad propinquius Commodum Populi, Fidem Orthodoxam Romanam Catholicam observan: Per se Recognoscentem noviter erect: et per eundem Magnificum Recognoscen-tem praesentando, et per Illrmum Loci Ordinarium instituendo, nunc et pro tempore existenti Ipsiusq Succedaneis, piae intentioni studendo, et per eundem Sacerdotem seu Parochum, nunc et pro tempore existentem noviter erigendam et instituendam obli-gando. Quatenus Duo Sacrificia missae, unum videlicet Feria quarta, pro animabus olim Generosorum Joannis Urbanski, et Christinae Konopacka sui Recognoscentis Parentum, Sabatho, vero pro Anima olim Gnsae Constitia de Kochanów Wolska, sui Recognoscentis consortis, tum pro Remissione peccatorum sui Recognoscentis, et post sera fata pro Anima Celebrantur perpetuo inscribit, demonstrat, et assignat, praesentibus Quam quidem Summam Ducentorum Fl. Pol. Census Annui modo quo supra in Bonis praefatis ex Braxatorio penden: mediante manuali Admodum Rndi Sacer-dotis seu Parochi, nunc et pro tempore existentis Ipsiusq Succedaneorum Quieta-tione quae pro Authentica reputabitur, dote, solvere, et per suum proprium nuntium transmittere; Idq sub vadio Ducentorum Fl. Pol. Summae Censuali Cor-respondentium, per praedictum Magnificum Recognoscentem, Sive ejus Successores

Bonorum

Bonorum praefatorum Haeredes, et Possessores Bonorum praefatorum Haeredes, et Possessores.
Eidem Adm Rndo Sacerdoti seu Parocho Ecclesiae in Praedictis Bonis Villae Polana nunc et
pro tempore existenti, Ipsiusq Succedaneis, in Casu non Solutionis Census praefati An-
nui ex Proventu Braxatorij in Bonis praefatis Villae Polana, et Lubochow siti, prove-
nientis, pro tempore, et loco supra expressis ad Solvendum succumbens: In quae qui-
dem Bona Summa praefata, Censuali onerata, Et in Eundem ipsum Reemptionalem,
Idem Magnus Recognoscens, eidem Adm Rndo: Sacerdoti seu Parocho Ecclesiae in Bonis
praedictis Villae Polana, nunc, et pro tempore existentem, ejusq Succedaneis dat, et
admittit, praesentibus Realem Intromissionem, et Actualem pacificamq Possessionem
cum praesentaneo, usu fructu Eorundem Bonorum Censu suprascripto oneratorum
per Ministerialem quemvis Regni Generalem et Nobiles duos. Ipsi nunc ab Officio
praesenti ad hoc Idem Negotium additos, et deputatos die quacunq voluerit Officio
se capiendam, et assumendam, per Ipsum Adm. Rndm. Sacerdotem seu Parochum Eccle-
siae in Praedictis Bonis Villae Polana sitae, nunc et pro tempore existentem Ipsiusq Suc-
cedaneos Bona praefati Censu suprascripto onerata cum omnibus attinentiis, et
pertinentiis tenendi, habendi, possidendi, illisq quiete et pacifice utifruendi, ac ad u-
sus suos suorumq Succedaneorum quosvis beneplacitos libere, et effectualiter conver-
tendi, perpetuis temporibus Inscriptionis praesentis Reemptionalis vigore. Debebit
et tenebitur praenominatus Magnus Recognoscens pro ut se, ac suos Successores Bo-
norum suprascriptorum Censu praedicto oneratorum Haeredes, et Possessores. In et su-
per Bonis suis generaliter omnibus Summisq quibusvis pecuniariis habitis, et ha-
bendis inscribit, et Obligat, praesentibus Eundem Adm Rndm. Sacerdotem seu Parochum
Ecclesiae in Bonis supranominatis Villae Polana, nunc et pro tempore existentem,
Ipsiusq Succedaneos in dictis Bonis Censu suprascripto oneratis, et ratione eo-
rundem Bonorum ab omni, et quavis impetitione Juridica quarumcunque Perso-
narum, cujuscunque Conditionis, Status et Sexus cujusvis existens exoriunda,
per omnes praescriptiones Terrestres, prout ad quemlibet Personam Terrestris
spectat, et de Jure pertinet praescriptio, in omni Judicio, et Officio Regni,
semper toties, quoties opus fuerit, tam in toto, quam in quavis, minima
parte tueri, defendere evincere intercedere, et eliberare, Indemnemq cum Suc-
cedaneis Illius reddere; Nec non Bona praefata Censu suprascripto onerata, ab
omnibus in genere Juribus, et Inscriptionibus prioribus, et posterioribus in e-
isdem Bonis Censu praedicto oneratis modo quocunq cuivis Personarum factis, et
faciendis, tum etiam a quibusvis Citationibus, et contitationibus in eadem Bona
impertatis, et importandis lueris denique, et portueris, ac processibus Jurisquibus-
vis, in quocunque puncto et gradu Juris pendens in quovis Judicio et Officio
Regni obtentis, et obtinendis super eisdem Bonis perductis, et perducendis e-
mundare, et eliberare, mundaq et libera semper facere, ac etiam Intromissio-
nem praefatam coram Officio praesenti ad Missam, cum per Ministerialem,
et Nobiles duos, in Tando eorundem Bonor. Censu praemisso oneratorum Offi-
ciose requiretur non denegare imo debebit, et tenebitur, eandem libere et

et effectualiter dare et admittere, dataq et admissa eadem Intromissione, Possessio
nem Pacificam, et usum fructum Bonorum eorundem, Censu oneratorum, nec per se
nec per suam quasvis submissas, et subordinatas personas ullo modo adimere nec
præpedire, Ipsumq Adm Rnd Sacerdotem seu Parochum Ecclesiæ supra dictis Bonis
ac Censu supra nominato oneratis, non in juriari ita, ut ex eisdem Bonis
Censu suprascripto oneratis prænominatus Adm Rnds Sacerdos seu Parochus in Eccle
siâ Bonorum Præfatorum Villæ Polana nunc et pro tempore existens Ipsiusq Succe
daneci, eundem Censum quiete et Pacifice ex Proventu Braxatorij in Supradictis Bonis Vil
la Polana, et Lubochów siti, provenientem singulis annis pro præfatæ temporis disposi
tione, absq omnibus ejusmodi impedimentis percipere perpetuo queat et Possit. Ipsi
sub simili et speciali Vadio Ducentarum Fl. Pol. Summæ Censuali Correspondentes per præ
dictum Mgfum Recognoscentem, sive ejus Successores Bonorumq præfatorum Censu memo
rato oneratorum, Heredes, et Possessores, prænominato Adm Rndo Sacerdoti seu Parocho Ecclesiæ
in Bonis suprascriptis Villæ Polana sitæ, nunc, et pro tempore existenti Ipsiusq Succe
daneis, in Casu non Completionis præmissorum omnium, et singulorum, tam in toto
quam in quavis minimâ parte semper toties, quoties opus fuerat, ad solvendum Suc
cumbendo. Pro quo quidem Vadio, præfatô modô præmissô ad solvendum Succubito, ac pro
re aliqua principali ex præmissis non Completa, Complenda, Citatus existens memoratus
Magnificus Recognoscens, sive ejus Successores; ad instantiam præfati Adm Rndi Sacerdotis,
seu Parochi, Ecclesiæ Bonorum præfatorum Villæ Polana, nunc et pro tempore existentis,
Ipsiusq Succedaneorum. Ad Officium præsens Castrense Capitaneale, Sanocense, ex tunc re
cessu suprascripto, quo ad respondendum spectat, mediante semper: in primo Citatio
nis termino, tanquam peremptorio stare, juri parere, respondere, Vadium præfatum suc
cumbere, Inscriptioni huic satisfacere ac omne Judicatum pati debebit, et tenebitur, seq ac
suos Successores ad eadem Omnia obligat, eundem terminum primum peremptorium,
uti et alios omnes ex inde Consequentes, Causæ ejusdem Terminos semper perempto
rios verâ infirmitate, pro majori minorennitate Successorum, legatione intra vel ex
tra Regnum; servitio militari ad Evictorem, ad munimenta, vel aliis quibusvis dilationi
bus, et legalibus impedimentis, non deferendo: Ad quietationem etiam ultra proximos
Officij præsentis, Castrensis, Capitanealis Sanocensis Terminos, dilationem sibi non reci
piendo, nullasq Motiones, Protestationes, ac earum prosecutiones faciendo, præmissaq
omnia pœnis simplicibus, vel triplicatis evasionibus, suspensionibus fatalijs Juris
præscriptione Terrestri, Bellô Conventioneq, tum et alijs omnibus Juris remedijs; et
defensis, non subterfugiendo, nec aliô quovis modo evadendô. Hac sua præsenti Perso
nali Recognitione ad præmissa omnia et singula mediante = Forrestit Kortowski manu pp.
Locus + Sigilli = Legit Cieszanowski = Excerpti puncti ex Testamento Magci olim Franci
sci Urbański Venatoris Podoliæ Annô 1712mo die 22 Augusti condito, tenoris talis = Żeby
zaś po śmierci moiey Dzieci moie o pozostałą fortunę na ktorey mnie Pan Bóg poblo
gosławił dzieląc się, (co więcey nayczęściey miłość między Bracią Sa trudniać zwy
kła,) nie wadzili się tako fortuny moiey między trzech Synow czynię dyspo
zycyą y podział, Janowi naystarszemu Synowi memu uczyniłem Donacyą Dobr
moich, w Ziemi Sanockiey leżących Polany, y Lubochowa wsiów ktore Szacuię Siedm

siedmdziesiąt Tysięcy, bo mi za te Dobra tak dawano, y on Sam tak ich accepto-
wał, iako Skrypt roborowany mnie od niego dany obloquitur, y iuż te wsi Polane, y
Lubochów nadiat nayśtarszego Syna mego wydzielam. Ale w tey wsi Polany zbudowa-
łem Kościół Drewniany do którego zapisałem Dworek Pobidzińszczyzna nazwany y
Dwa pułćwiertki soli, przytym co z niego Czynszu po złotych Dwieście żeby co Tydzień
Dwie Mszy się odprawowały, za Dusze Sp. Rodziców moich Nieboszczki Małżonki moiey
y za Grzechów moich odpuszczenie, póki Tejże, a po śmierci za Duszę moię. Przetoż
Obliguię Syna mego Jana, y Jego Sukcessorów, a wsi Polany y Lubochowa Succedane-
os Haeredes et Possessores aby pomienionemu Kościołowi y uczynioney odemnie Fun-
dacyi według zapisu corocznie bez odkładania perpetuis temporibus, czyniono
Satysfakcyą, obowięzuię przy tym Syna mego Jana y Jego Successorów, żeby Zaw-
sze do tego Kościoła Kapłana Bogobojnego, y koło Dusz ludzkich starannego do-
bierał. Franciszek Urbański L.P. Ten Testament Dekretem nasłym Kompromissar-
skim approbowany na affectacyą Jchm Panów Urbańskich podpisany mpp Mikołay
z Koziogłów Gebdtowski Cześnik Żydaczewski mp. Kazimierz Jan Skiwski Łowczy Zwanoc-
kiey mp: Jan z Łysakowa Łysakowski S.C. mpp A. Alexander Mikulski mpp Włady-
sław z Dzwonowa Dzwonowski S.Z. mpp Jerzy z Cieszanowa Cieszanowski mpp Woy-
ciech z Woynarowa Woynarowski = Submissionis Mgci Francisci Urbański, Pincernae
Mielnicensis obloquentia talis = Ja niżey podpisany daię w Ręce Jw. Jmci X. Wac-
ława Hieronyma Sierakowskiego Biskupa Przemyskiego, niniejszą assekuracyą y
Deklaracyą, iż przeyrzawszy się doskonale w Dokumentach: przez tegoż Jw. Jmci
Xiędza Biskupa, mnie podczas Generalney y Personalney Kościołów Diecezyi
swoiey, y Kościoła w Polany zostaiącego wizyty remonstrowanych: to iest: iako
Wielmożny niegdy Jmć Franciszek Urbański, Łowczy Podolski Dziad moy, pomienio-
nych Dóbr Polana Dziedzic, wystawiwszy y wybudowawszy Kościół w tych że
Dobrach, y chcąc aby Święte Sakramenta w nim administrowane były, alias
żeby na Parochialny Authoritate Jllustrissimi Domini Loci Ordynaryi erigowany
był, które Grunta y Dochody w głowney Summie dla Xiędza Plebana tegoż Kościoła
naznaczył, y Officiose Coram Actis Castrensibus Sanocensibus Sabbatho post
Dominicam Ramis Palmarum Quadragesimalem 1712 anno binis Jnscriptioni-
bus zapisał. Że zaś zaszłe fata w żywocie mianowanego Łowczego Podolskiego
do affektacyi Jntencyi, y Postanowienia swoiego, to iest: do Erekcyi Farnego Kościo-
ła przeszkodziło, y dotąd skutek się odwlókł; więc Ja zadosyć czyniąc dyspo-
zycyi y zapisom pomienionego Dziada moiego iako Fundusz w zapisach
przerzeczonych wyrażony Kościołowi y Xiędzu Plebanowi przyznaię y
akceptuię, tak oddaię y we wszystkim woli dyspozycyi y zapisom Dzia-
da mego, dla iak nayprędszego Duszy Jego, tudzież y Rodziców moich ra-
tunku uczynić, mieszkanie dla Xiędza Plebana wybudować, y inne potrzeb-
ne Plebańskie Budynki wystawić naydaley w roku iednym deklaruię y tego
wszystkiego Approbacyą y o Parochialnego Kościoła w pomienioney wsi moiey

moiey wyznaczeniem, y opisaniem Parafij Erekcya JW. Jmć Xiędza Biskupa upraszam na co się Ręką własną podpisuię. Datum w Połany Die Vigesima Mensis July Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quadragesimo quinto Franciszek Urbanski mpp = Revisionis et Distimitationis Agrorum Series ejusmodi = Die Vigesima sexta Juny Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Septimo. Ex mandato Illustrissimi et Reverendissimi Domini Nostri, et Pastoris Clementissimi in termino hodierno incidenti, condescendimus in Villam Połany Jurisdictionemq nostram Commissariatem in Domo Plebanali fundavimus, juxta ergo verificationem Nobis in junctam deprehendimus esse praedictos Agros, tam fundum Plebanalem, quam Fundum dictum Łazy in tali situ positos, ut sonat antiqua Inscriptio. Quapropter in vocatis Incolis Fide dignis ad veritatem asserendam juramento obligavimus, et sunt fassi Łuczko Wasylów Octagenarius, Joannes Szewczyk Septuagenarius, Casimirus Włodarz Quinquagenarius quod iidem Agri Plebanales, quam Fundus dictus Łazy ab antiquo ut sunt inscripti Plebana tui ita et modo conspiciuntur, in eadem Situatione et limitibus, nempè inter Agrum Bogaczowska Antiquitus, ad praesens ad Tabernam spectantem versus Occidentem, altera verò ex parte inter Agrum Antiquitus Woydakowska, ad praesens Hasulakowa. In his medijs Agris apparet, Signum seu rudera Curiae antiquae dictae Pobidzinska, in medio istorum Agrorum Plebanalium est extructa Ecclesia cum Domo noviter pro residentia Parochi, atq altera Mansione pro Familia Domestica extructa: Propter Majorem notitiam, et securitatem Latitudinis sumendo Mensuram ab Agris medijs Incolarum Ejusdem Villae deprehendimus esse, aequales in Mensura Agros praesentes Plebanales in quibus duobus medijs Agris reperiuntur Cubiti in latitudinem 148. limites ex palis alias z kołów wierzbowych obsignavimus; Jam vero quo ad longitudinem hi praedicti Agri cum Villa Rossolin granitiem habent a Septemtrione Valle, et rubetis, terminantibus. Fundus autem dictus Łazy est positus inter Sylvas, circa granitiem Villae Czarna, in quo Fundo Łazy Septem Mensurae avenae conseminari solent. Ex altera parte Fluvij ad meridiem protenditur illi duo medij Agri ejusdem latitudinis, ubi circa Fluvium stat domicilium, quod in habitat Judaeus, Positi sunt iidem Agri duo medij inter praedictorum Incolarum Agros Scilicet Bogaczowska, et Hasulakowa ad praesens, antiquitus Woydakowska dictos, simili modo palis, alias kołami wierzbowemi consignavimus, isti Agri hac ex parte meridionali non directâ linea procedunt, sed extensionem indirectè habent per Valles, et rubeta tenduntq in longitudinem ad Agros Curiales, habentes granitiem cum Villâ Rozsochata. Quae omnia cum deligenti disquisitione, atq Personali nostra Condescensione, et cujus libet horum Agrorum à suis limitibus revisione, ut verificanta, et ad Actum deducta, pro Majori fide manibus subscribimus. Datum ut supra Rotulumq cum profundissima omnis Nostra demissione ad Illustrissimam et Rndam Dominationem Vestram transmissimus formamq una cum Literis Crida assignavimus = Mathias Łękawski, ad praemissa dictus Commissarius mpp Antonius Stanecki, ad eadem Commissarius mpp

Verte

Wenceslaus Episcopus L.S. Casimirus Chochmański Canc. camen. Apticus & cutorum
Curiæ Epatis ac Consistorij Premisliensis Notarius mpp

Ex Libro Tabularii Dominij
Polanensis Extraditum
est
Paulus Michalski mpp

BIBLJOTEKA OSSOLIŃSKICH
ZBIÓR Dr. A. CZOŁOWSKIEGO
Nr. rękopisu 1784

SECHS KREUTZER

Akta kościoła w Polanie 15.
Polana

Inclytum Fiscale Collegium!

In sequellam Requisitionis Inclyti Collegii medio Officii Circularis Sanocensis de dto 9. 7bris a.c. sub Nro 9028/802 subsignatus Parochus Rit. Latini in Polana enixam substernit Relationem.

Ad 1mum Juxta Erectionem hic sub A. et praecipue Nro 1mo in Extractionibus hic ex subductis, patet clare Villas Ecclesiae Polanensi annexas, quarum separata hic Consignatio allegatur sub B.

Et cum subsignatus Parochus in hisce Villis Curam animarum a Die Installationis suae gerat scilicet a 12 Junij 1785 Anni, qua operarius dignus et semper mercede sua, ideoq[ue] cuius est praetendere obloquente Erectione ex omnibus harum Villarum praedialibus Fundis Decimam manipularem.

In quibus vero Documentis talis fundatur

Ad 2dum Refert.

A. A Tempore Erectionis dictae Ecclesiae in Polana non nisi duo locales existebant Parochi, et isti subsignato a Magnifico Adamo Urbanski Haerede in Komborna notia tradita fuerat, jam post subsecutam Erectionem eo certius Decima manipularis tempore horum Parochorum, praecipue ex Fundis praedialibus in Polana Ecclesiae Polanensi inscripta habebatur, sed post decessum secundi Ejusdem Ecclesiae Parochi, cum nonnisi Commendarij in hacce Parochia Curam animarum succedanee habuerint, fors aliqua solutione pro Decimis satisfacti, non solum recipiendas manipulares neglexerunt, sed etiam Documenta Ecclesiastica quo amiserint? adusque ignotum.

Probari valet id hic in Erectione sub A. Linea Nro 2do subductis verbis ubi sonat in Decreto Erectionis „Porro Decimam manipularem ex agris Praedialibus praedictarum Villarum ad praesens et hactenus eidem Ecclesiae Parochiali in Polana applicatis, ulterior itidem nostrae Dispositioni reservavimus" Clare ergo Decimas manipulares Ecclesiae applicatas haberi docet. Nec non

C. Dominus Franciscus Skibicki antea Oeconomus

1784

BIBLIOT. OSSOLIN.

mus in Polana attestari potest; in aula Polanensi inter Dominicalia Documenta etiam dicta Ecclesiae Documenta combusta esse; De qualitate autem illorum Documentorum ignarum se refert. Tandem

De existentia Inscriptionis Decimae Manipularis id etiam probare valebit, quod Ecclesia Polanensis praeter dotes quae in Erectione exprimuntur, etiam subditos possideat, de his verò in dicta Erectione nulla est mentio. Neque subsignatus scit, quo Jure et Titulo illos possideat, si circa Commissionem Circularem inter Parochum et Dominium subsecutam ipsemet Dominus Commissarius Krzybel Documentum quo ad Possessionem subditorum a Magnifico Haerede non recepisset et infrascripto non admonuisset, taliterque fors et alia respectu Decimarum Documenta circa manus Contrariae partis retineri possunt.

Quo attinet Decimas ex Villis Coadunatis de his praeter nuncupatam Erectionem nulla alia dantur Documenta; attamen cum Parochus in Polana ob Distantiam Loci in adeundis suis Parochianis ob montaneas et arduas vias permultum incommoditatis patitur, Et cum pro Cura Animarum in abstractis locis existentium nullam habeat mercedem, supplicat Excelsum Inclyto Collegio, ut mediante eo Excelsum Gubernium pro Cura Animarum, Coadunatarum Villarum Dominiis respectu Decimarum Complanationem praedisponat, eo certius cum in hacce Parochia Parochus suam Congruam non possideat.

Ad Ctum Ex subsecuta circa Annum 1798 Circulari Commissione nullus videbatur eventus tam respectu exemptionis Fundorum Parochialium ad Parochiate, quam etiam respectu Decimarum ex agris praedialibus Villarum Ecclesiae coadunatarum. Etenim subsignatus Parochus in defectu Documentorum Ecclesiae nihil aperte demonstrare valuit, atque Officium Politicum ipsimet usui quodlibet Jus Ecclesiae permisit. Jam autem quibus Decimatio probatur

supra Parochus

supra Parochus intulit. Quod atti-
net Extensionem Fundorum Paro-
chialium ad Graniciem Rosochate
in Subsidium revocantur verba Erecti-
onis hic sub A. Respectu Fundo-
rum Nro Citio Linea subducta. Ma-
in his Parochus fundatus auxus ad Incly-
to Collegio de suppressione Jurium bi-
clausa per humillime referre.

Inclyti Collegii

Obsequentissimus.
Jacobus Pernasiewicz Parochus
Rit. Latini Polanensis mppa

Signatum Polana
die 20 Obris 1803. Anno.

Ad
Inclytum Caes. Reg. Orientalis
Galiciae Fiscale Collegium

In sequellam Praedispositi
sub Nro $\frac{9028}{802}$.

Respectu Iurium Ecclesiae Parochialis Polanensis Ritus Latini

Relatio.

BIBLIOT. OSSOLIN.

Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :

DIGITAL – CENTER
ul. Ostatnia 17
60-102 Poznań
www.digital-center.pl
biuro@digital-center.pl
tel./fax (0-61) 665 82 72
tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.
Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.